

# Vêpres du lundi

Hymnes

Semaine 1

H.D



I Mmense cæ-li cõnditor, qui, mixta ne confunde-

rent, aquæ flu-énta dí-videns, cælum dedísti lími-tem,

Infini Créateur du ciel,/ lorsque tu séparas les eaux,/ tu leur donnas cette limite/ afin d'empêcher leur mélange,

Firmans locum cælestibus  
simúlque terræ rívlis,  
ut unda flammas témperet,  
terræ solum ne díssipet:

Infúnde nunc, piíssime,  
donum perénnis grátiaë,  
fraudis novæ ne cásibus  
nos error átterat vetus.

Lucem fides invéniat,  
sic lúminis iubar ferat;  
hæc vana cuncta térreat,  
hanc falsa nulla cóprimant.

Præsta, Pater piíssime,  
Patrique compar Unice,  
cum Spíritu Paráclito  
regnans per omne sæculum.

Marquant leur place aux eaux  
du ciel/ et aux ruisseaux de cette  
terre,/ pour que l'eau tempère le  
feu/ et ne dévaste pas la terre.


Dieu très bon, répands au-  
jourd'hui/ tes dons de grâce  
intarissable:/ que le vieux piège  
du Malin/ ne nous entraîne à  
d'autres chutes!

Que la foi trouve la lumière/ et  
rayonne de son éclat;/ qu'elle  
chasse les vanités,/ et que nulle  
erreur ne l'étouffe.


Exauce-nous, Père très bon,/  
et toi, le Fils égal au Père,/ avec  
l'Esprit Consolateur,/ régner  
pour les siècles des siècles.

Semaine 2

H.I



**L** Umi-nis fons, lux et o-rígo lu-cis, tu pi-us nostris



pré-cibus favé-to, luxque, peccá-ti ténebris fugá-tis, nos



tua adórnet.

Lumière, origine et source de la lumière, / ô Dieu très bon, sois favorable à nos prières : / repousse au loin l'obscurité de nos péchés, / embellis-nous de ta lumière.

Ecce transactus labor est diéi,  
teque nos tuti sumus ad-  
nuente ;  
en tibi grates ágimus libéntes  
tempus in omne.

Solis abscessus ténebras re-  
dúxit :  
ille sol nobis rádiet corúscus  
luce qui fulva fovet angelórum  
ágmína sancta.

Quas dies culpas hodiérna  
textit,  
Christus deléto pius atque mitis,  
pectus et puro rútileto nitóre  
témptore noctis.

Laus tibi Patri, decus atque  
Nato,  
Flámini Sancto párilis potéstas,  
cuncta qui scepro régítis su-  
prémo  
omne per ævum.

## Psaume 113 A

*In éxitu Israel de Ægypto, \**  
*domus Iacob de pópulo bárbaro,*  
*factus est Iuda sanctuárium eius, \**  
*Israel potéstas eius.*

*Mare vidit et fugit, \**  
*lordánis convérsus est retrórsum ;*  
*montes saltavérunt ut aríetes, \**  
*et colles, sicut agni óvium.*

*Quid est tibi, mare, quod fugísti ?\**  
*Et tu, lordánis, quia convérsus es*  
*retrórsum ?*

Voici qu'est achevé le labeur  
de ce jour, / de par ta volonté  
nous sommés sains et saufs ; /  
vois, de tout notre cœur nous  
te disons merci, / dès mainte-  
nant et pour toujours.

Le coucher du soleil ramène  
la ténèbre ; / mais qu'il brille  
pour nous, l'étincelant soleil /  
qui embrase là-haut, de sa  
lumière d'or, / la multitude des  
saints anges.

Tout ce que la journée a pu  
cacher de fautes, / que le Christ  
indulgent et très bon le dé-  
truisse : / alors un pur éclat fera  
luire nos cœurs / au plus pro-  
fond de cette nuit.

Louange à toi, le Père, et  
gloire à toi, le Fils, / semblable  
seigneurie à leur Souffle très  
saint, / ô vous qui gouvernez  
avec autorité / le monde à tra-  
vers tous les siècles.

- 01 Quand Israël sortit d'Égypte, et  
Jacob, de chez un peuple étranger,  
02 Juda fut pour Dieu un sanctuaire,  
Israël devint son domaine.  
03 La mer voit et s'enfuit, le Jour-  
dain retourne en arrière.  
04 Comme des béliers, bondissent  
les montagnes, et les collines,  
comme des agneaux.  
05 Qu'as-tu, mer, à t'enfuir, Jour-  
dain, à retourner en arrière ?

*Montes, quod saltástis sicut  
arietes, \*  
et colles sicut agni óvium ?*

*A fácie Dómini contremísce, terra, \*  
a fácie Dei Iacob,  
qui convértit petram in stagna  
aquárum \*  
et sílicem in fontes aquárum.*

*Psaume 113 B*

*Non nobis, Dómine, non nobis, †  
sed nómini tuo da glóriam \*  
super misericórdia tua et veritáte  
tua.*

*Quare dicent gentes : \*  
« Ubi est deus eórum ? »*

*Deus autem noster in cælo ; \*  
ómnia quæcúmque vóluit, fecit.*

*Simulácra géntium argéntum et au-  
rum, \*  
ópera mánuum hóminum.*

*Os habent et non loquéntur, \*  
óculos habent et non vidébunt.*

*Aures habent et non áudient, \*  
nares habent et non odorábunt.*

*Manus habent et non palpábunt, †  
pedes habent et non ambulábunt ; \*  
non clamábunt in gútture suo.*

*Símiles illis erunt, qui fáciunt ea, \*  
et omnes, qui confidunt in eis.*

*Domus Israel sperávit in Dómino : \*  
adiutórium eórum et scutum eórum  
est.*

*06 Montagnes, pourquoi bondir  
comme des béliers, collines, comme  
des agneaux ?*

*07 Tremble, terre, devant le Maître,  
devant la face du Dieu de Jacob,*

*08 lui qui change le rocher en source  
et la pierre en fontaine !*

*01 Non pas à nous, Seigneur, non  
pas à nous, mais à ton nom, donne  
la gloire, pour ton amour et ta vé-  
rité.*

*02 Pourquoi les païens diraient-ils :  
« Où donc est leur Dieu ? »*

*03 Notre Dieu, il est au ciel ; tout ce  
qu'il veut, il le fait.*

*04 Leurs idoles : or et argent, ou-  
vrages de mains humaines.*

*05 Elles ont une bouche et ne par-  
lent pas, des yeux et ne voient pas,*

*06 des oreilles et n'entendent pas,  
des narines et ne sentent pas.*

*07 Leurs mains ne peuvent toucher,  
+ leurs pieds ne peuvent marcher,  
pas un son ne sort de leur gosier !*

*08 Qu'ils deviennent comme elles,  
tous ceux qui les font, ceux qui met-  
tent leur foi en elles.*

*09 Israël, mets ta foi dans le Sei-  
gneur : le secours, le bouclier, c'est  
lui !*

*10 Famille d'Aaron, mets ta foi dans  
le Seigneur : le secours, le bouclier,  
c'est lui !*

*Domus Aaron sperávit in Dómino : \*  
adiutórium eórum et scutum eórum  
est.*

*Qui timent Dóminum, speravérunt  
in Dómino : \*  
adiutórium eórum et scutum eórum  
est.*

*Dóminus memor fuit nostri et be-  
nedícet nobis : †*

*benedícet dómui Israel, \*  
benedícet dómui Aaron,*

*benedícet ómnibus, qui timent  
Dóminum, \**

*pusíllis cum maióribus.*

*Adíciat Dóminus super vos, \*  
super vos et super filios vestros.*

*Benedícti vos a Dómino, \*  
qui fecit cælum et terram.*

*Cæli, cæli sunt Dómino, \*  
terram autem dedit filiis hóminum.*

*Non mórtui laudábunt te, Dómine, \*  
neque omnes, qui descéndunt in si-  
léntium,*

*sed nos, qui vívimus, benedícimus  
Dómino \**

*ex hoc nunc et usque in sæculum.*

## Psaume 114

*Diléxi, quóniam exáudit Dóminus \*  
vocem deprecatiónis meæ.*

*Quia inclinávit aurem suam mihi, \*  
cum in diébus meis invocábam.*

*Circumdedérunt me funes mortis, †  
et angústiae infémi invenérunt me. \**

*Tribulatiónem et dolórem invéni*

*11 Vous qui le craignez, ayez foi  
dans le Seigneur : le secours, le bou-  
clier, c'est lui !*

*12 Le Seigneur se souvient de nous :  
il bénira ! \* Il bénira la famille  
d'Israël, il bénira la famille d'Aaron ;*

*13 il bénira tous ceux qui craignent  
le Seigneur, du plus grand au plus  
petit.*

*14 Que le Seigneur multiplie ses  
bienfaits pour vous et vos enfants !*

*15 Soyez bénis par le Seigneur qui a  
fait le ciel et la terre !*

*16 Le ciel, c'est le ciel du Seigneur ;  
aux hommes, il a donné la terre.*

*17 Les morts ne louent pas le Sei-  
gneur, ni ceux qui descendent au si-  
lence.*

*18 Nous, les vivants, bénissons le  
Seigneur, maintenant et pour les  
siècles des siècles !*

*01 J'aime le Seigneur : il entend le  
cri de ma prière ;*

*02 il incline vers moi son oreille :  
toute ma vie, je l'invoquerai.*

*03 J'étais pris dans les filets de la  
mort, retenu dans les liens de  
l'abîme, \* j'éprouvais la tristesse et  
l'angoisse ;*

*et nomen Dómini invocábam : \**  
« *O Dómine, líbera ánimam meam* ».

*Miséricors Dóminus et iustus, \**  
*et Deus noster miserétur.*

*Custódiens párvulos Dóminus ; \**  
*humiliátus sum, et salvum me fáciat.*

*Convértere, ánima mea, in réquiem tuam, \**  
*quia Dóminus benefécit tibi ;*

*Quia erípuit ánimam meam de morte, †*  
*óculos meos a lácrimis, \**  
*pedes meos a lapsu.*

*Ambulábo coram Dómino \**  
*in regióne vivórum.*

## Psaume 115 et 116

*Crédidi, étiam cum locútus sum : \**  
« *Ego humiliátus sum nimis* ».

*Ego dixi in trepidatióne mea : \**  
« *Omnis homo mendax* ».

*Quid retribuam Dómino \**  
*pro ómnibus, quæ retribuit mihi ?*

*Cálicem salutáris accípiam \**  
*et nomen Dómini invocábo.*

*Vota mea Dómino reddam \**  
*coram omni pópulo eius.*

*Pretiósá in conspéctu Dómini \**  
*mors sanctórum eius.*

*O Dómine, ego servus tuus, †*  
*ego servus tuus et filius ancíllæ tuæ. \**

*Dirupísti víncula mea :*

04 j'ai invoqué le nom du Seigneur :  
« Seigneur, je t'en prie, délivre-moi ! »

05 Le Seigneur est justice et pitié,  
notre Dieu est tendresse.

06 Le Seigneur défend les petits :  
j'étais faible, il m'a sauvé.

07 Retrouve ton repos, mon âme,  
car le Seigneur t'a fait du bien.

08 Il a sauvé mon âme de la mort, \*  
gardé mes yeux des larmes et mes  
pieds du faux pas.

09 Je marcherai en présence du Sei-  
gneur sur la terre des vivants.

10 Je crois, et je parlerai, moi qui ai  
beaucoup souffert,

11 moi qui ai dit dans mon trouble :  
« L'homme n'est que mensonge. »

12 Comment rendrai-je au Seigneur  
tout le bien qu'il m'a fait ?

13 J'élèverai la coupe du salut,  
j'invoquerai le nom du Seigneur.

14 Je tiendrai mes promesses au  
Seigneur, oui, devant tout son  
peuple !

15 Il en coûte au Seigneur de voir  
mourir les siens !

16 Ne suis-je pas, Seigneur, ton ser-  
viteur, ton serviteur, le fils de ta ser-  
vante, \* moi, dont tu brisas les  
chaînes ?

*tibi sacrificábo hóstiam laudis \*  
et nomen Dómini invocábo.*

*Vota mea Dómino reddam \*  
coram omni pópulo eius,*

*in átriis domus Dómini, \*  
in médio tui, Ierúsalem.*

*Psaume 116*

*Laudáte Dóminum, omnes gentes, \*  
collaudáte eum, omnes pópuli.*

*Quóniam confirmáta est super nos  
misericórdia eius, \*et véritas Dómini  
manet in ætérnum.*

## Psaume 128

*Sæpe expugnáverunt me a iu-  
ventúte mea, \*  
dicat nunc Israel,*

*sæpe expugnáverunt me a iuventúte  
mea, \* étenim non potuérunt  
advérsum me.*

*Supra dorsum meum aravérunt  
aratóres, \*  
prolongavérunt sulcos suos.*

*Dóminus autem iustus \*  
concídit cervíces peccatórum.*

*Confundántur et convertántur  
retrórsum \*  
omnes, qui odérunt Sion.*

*Fiant sicut fenum tectórum, \*  
quod, priúsqvam evellátur, exáruit ;  
de quo non implévit manum suam,  
qui metit, \*et sinum suum, qui  
manípulos cólligit.*

17 Je t'offrirai le sacrifice d'action  
de grâce, j'invoquerai le nom du Sei-  
gneur.

18 Je tiendrai mes promesses au  
Seigneur, oui, devant tout son  
peuple,

19 à l'entrée de la maison du Sei-  
gneur, au milieu de Jérusalem !

01 Louez le Seigneur, tous les  
peuples ; fêtez-le, tous les pays !

02 Son amour envers nous s'est  
montré le plus fort ;  
éternelle est la fidélité du Seigneur !

01 Que de mal ils m'ont fait dès ma  
jeunesse, - à Israël de le dire - \*

02 que de mal ils m'ont fait dès ma  
jeunesse : ils ne m'ont pas soumis !

03 Sur mon dos, des laboureurs ont  
labouré et creusé leurs sillons ; \*

04 mais le Seigneur, le juste, a brisé  
l'attelage des impies.

05 Qu'ils soient tous humiliés, reje-  
tés, les ennemis de Sion ! \*

06 Qu'ils deviennent comme l'herbe  
des toits, aussitôt desséchée !

07 Les moissonneurs n'ont font pas  
une poignée, ni les lieurs une gerbe,

*Et non dixerunt, qui præteribant : †  
« Benedictio Dómini super vos, \*  
benedicimus vobis in nómine  
Dómini ».*

08 et les passants ne peuvent leur dire : « La bénédiction du Seigneur soit sur vous ! » Au nom du Seigneur, nous vous bénissons.

Après les Psaumes, une lecture brève est proclamée, à laquelle l'assemblée liturgique répond par le chant d'un répons bref.

Puis une antienne, variable selon les jours, introduit le chant du *Magnificat*, le cantique de la Vierge Marie dans l'évangile de Luc.

## Magnificat

*Magnificat ánima mea Dóminum, \*  
et exultávit spíritus meus in Deo  
salvatóre meo,*

*quia respéxit humilitátem ancillæ  
suæ. \**

*Ecce enim ex hoc beátam me dicent  
omnes generatiónes,*

*quia fecit mihi magna, qui potens  
est, \**

*et sanctum nomen eius,*

*et misericórdia eius in progénies et  
progénies \**

*timéntibus eum.*

*Fecit poténtiam in bráchio suo, \*  
dispérsit supérbos mente cordis sui ;*

*depósuit poténtes de sede \*  
et exaltávit húmiles ;*

*esuriéntes implévit bonis \*  
et dívites dimísit inánes.*

*Suscépit Israel púerum suum, \*  
recordátus misericórdiæ,*

*sicut locútus est ad patres nostros, \*  
Abraham et sémini eius in sæcula.*

Mon âme exalte le Seigneur, \*  
et mon esprit tressaille de joie en  
Dieu mon sauveur,

parce qu'il a jeté les yeux sur l'abais-  
sément de sa servante. \*

Oui, désormais toutes les généra-  
tions me diront bienheureuse,

car le Tout-Puissant a fait pour moi  
de grandes choses. \*

Saint est son nom,

et sa miséricorde s'étend d'âge en  
âge \*

sur ceux qui le craignent.

Il a déployé la force de son bras, \*  
il a dispersé les hommes au coeur  
superbe.

Il a renversé les potentats de leurs  
trônes \* et élevé les humbles,

Il a comblé de biens les affamés \* et  
renvoyé les riches les mains vides.

Il est venu en aide à Israël, son ser-  
viteur, \*

se souvenant de sa miséricorde,

selon qu'il l'avait annoncé à nos  
pères \* en faveur d'Abraham et de  
sa postérité à jamais !

Le chant du *Kyrie eleison*, du Notre Père, et de l'oraison terminent l'office.